HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 94r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

habent dum quolibet modo triumphant de antiq
hoste & hui sæculi uoluptatib. Vel p manu intelligit
potestatem. Quod enim p manus potestas designat. ha
bes in euangelio dno dicente. Nemo potest rapere oues
de manu mea. hoc est de potestate. Per potestatem
quippe quam accepimus ut filii dei essemus dicente be
ato iohanne. quotquot crediderunt in eum dedit
eis potestatem filios dei fieri. palmas habemus in manu
bus hoc est uictorias. cum de operibus bonis contra
diabolum & incentiua carnis triumphamus. Cuius
numerum uictoriæ summa in capite membrorum
consistit. Et clamabant uoce magna dicentes.
Y
Voce magna non strepitum uocis. sed desiderium sumus
sanctorum accipiamus. Vnde est. Desiderium pauperum
exaudiuit dns. Hinc moysi cum nichil ceterius
diceret. sed unus tantum gemens oraret. dns ait. Quid
clamas ad me. Salus deo nro qui sedet sup thro
num & agno. Salus quecunq; tribuit omnib. homi
nibus. siue in corpore siue in anima. ipsi est depu
tanda. Vnde psalmista. dni est salus. Salus deo
nro. idem patri & agno. idem dei filio. qui sedet super
thronum. qui agnus uocatur pptter innocentiam & uic
timationem. Sicuti autem hic introducit patrem & filium
sedentem & intelligit spm sctm. ita superius ubi solum
filium commemorauit. pater & spm sctm partter intelli
guntur. Tale quid legimus in euangelio dno dicente. Hæc
est uita eterna. ut cognoscant te uerum dm. & quem
misisti. ihm xpm. Ista enim consuetudo diuinæ
scripturæ sicut supra dictum est. ut ubi ponit patrem